dis hoc? ait illi. Utique domine. Ego cre
didi quia tu es xpc filius dei qui in hunc
mundum uenisti. Et cum hec dixisset
abiit et uocauit mariam sororem suam
silentio dicens. Magister adest et uo
cat te. Illa ut audiuit surrexit cito et
uenit ad eum. Nondum uenerat enim ihc
in castellum sed erat adhuc in illo loco
ubi occurrerat ei martha. Iudei igitur
qui erant cum ea in domo et consolaban
tur eam cum uidissent mariam quia ci
to surrexit et exiit. secuti sunt eam dicen
tes. Quia uadit ad monumentum ut
ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi e
rat ihc uidens eum cecidit ad pedes
eius. Et dixit ei. Domine si fuisses hic
non esset mortuus frater meus. Ihc ergo ut
uidit eam plorantem et iudeos qui ue
nerant cum ea plorantes fremuit spiritu
et turbauit se ipsum et dixit. Ubi [illegible]

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/8/2, fol. [4]r – Lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0ekj/5506/52005)